



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXII. Quod infirmi prius prouideant animae quam corpori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

Iacob. 5. Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat , dicente Domino languido quem sanauerat : *Vade , & amplius noli peccare , ne deterius aliquid tibi contingat :* decreto præsenti statuimus , & districte præcipimus medicis corporum , vt cum eos ad infirmos vocari contigerit , ipsos ante omnia moneant , & indicant quod medicos aduocent animarum , vt postquam infirmis fuerit de spiritali salute prouisum , ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur , cum causa cessante cesseat effectus . Hoc quidem inter alia huic causam dedit editio , quod quidam in ægritudinis lecto iacentes , cum eis a medicis suadetur vt de animarum salute disponant , in desperationis articulum incident , vnde facilius mortis periculum incurunt .

Si quis autem medicorum huius nostræ constitutionis , postquam per prælatos locorum fuerit publicata , transgressor extiterit , tamdiu ab ingressu ecclesiæ arceatur , donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit competenter .

Ceterum cum anima sit multo preciosior corpore , sub interminatione anathematis prohibemus , ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat , quod in periculum animæ convertatur .

XXIII.

Ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax inuadat , aut in facultatibus suis ecclesia viduata graue dispendium patiatur , volentes in